



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Naum Prophetam Commentariorvm Liber
Secvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

Cur Assur p
diabolo poni
tur,

Psal. 135

hoc memoriale Assur meruit, ut nomē eius ita frequentetur in ratiōe uel iudicio dānatiōis
diaboli: Videlicet ex eo qđ inter cetera suā tyrānidis molimina p̄sumptuosa, qbus gēna
afflixit, adfecit & illud, ut delere conaret Hierlm, ubi repositū erat uerbū promissiois, & d
mū Dauid, unde oportebat Christū nasci, secundū promissioē & iuramētū dñi ad ip̄m
Dauid. Proinde de angustijs Iudæ & latius sermone extēdere cupimus, & sic deinceps pro
phetiā p̄sequi, ut ea potius attēdamus, quos similitudinem siue typū fuisse non dubitā
omnibus, quæ pro Iuda & Hierusalem contra Niniuen propheta uacinat,
¶ In Naum libri primi finis.

RUPERI ABBATIS
TVITIENSIS IN NAUM PROPHE TAM
COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

Num. 27



Ostes uos sentiant Madianitæ, ait dominus ad Moſen, & percutite eos, quia
& ipſi hoſtiliter egerunt contra uos, & decipere inſidijs per idoli Phog &
Cozbi filiã ducis Madian ſororem ſuã. Nunquid quia de ſolis Madianitibus
ſcriptū eſt, quod cōtra eos dominus locutus ſit, & taliter præcepit, de ſolis
Madianitis putandū eſt, quod iure ſeruos domini, ut erat Moſes, hoſtes ſer-

Num. 31

Luc. 22

titire debuerunt. Imō & de cunctis gentibus, quæcūq; ut Madian hoſtiliter egerunt contra
Iſrahel, hoc indubitātē ſciendū eſt, qđ eis & Moſen & cunctos Moſi ſpiritu tubentes, hoſ-
tes eſſe uoluerit, & eiufmodi ultione optare de illis, quā ipſe imperans Moſes ulciſcere per-
us (ait) filios Iſrahel de Madianitis, & ſic colligeris ad populū tuū. Quā ob cauſam? Nō
oēs ſancti ſiue p̄fecti, q nō aliū, q illū habet ſpiritu, quē & illi habebāt, iubētur cū Petro
cōdere gladiū in uaginā: Quā igitur ob cauſam ita iuſſi tūc gladij ſæuiebāt, aut ſæuere debe-
bant? Nimirū propter Chriſtū eundē tūc ſæuire debebāt, propter quē nūc ſæuiebant in
Chriſti hoſtibus, inermē debemus habere patientiā. Tūc em̄ in periculo erat res, qā poſſibile
erat deleri gentē illā, de q Chriſtus expectabat natiurus, niſi modis oibus deſenderet cōtra
tes, qbus diabolus ad auferēdā ſpem mundi, q Chriſtus eſt, p̄tinaciter utebat. Nunc autē res
dē in tuto eſt, quia Chriſtus natus eſt, & ſi tota generatiōis rectorū arbor bona corporatē
ſuccidat, nullū ſalutis hoim detrimētū eſt, qā totus arboris bonæ fructus tā in cœliſtis
ptus eſt. Hæc iccirco dicta, & ſæpius dicēda, ſemp̄q; memoriter tenenda ſunt, quatinus
ſtiſſima cognoscat melius ſanctorū hoſtilis uehementia, q & quoad poterāt cū auxilio dei
hoſtibus ſuis, hoſtibus dei, gētibus impijs, uindictā & à deo quærebāt, & manu exerceret
& habita ſiue aſpecta ultione adhuc hoſtiliter inſultabāt, ut iſte q cōtra Aſſur, imō cōtra
nē hoim hoſtiliter (ut ſupra dictū eſt) agentē, tā lætā cōtexit prophetiā, ut quodāmodo in
umphaſe p̄ſultare uideat cātilenā, ita proſequēs. *L. Ecce ſuper montes pedes euangeliſ-
zantis & annunciantis pacē. Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde uota tua, qđ
non adijciet ultra, ut pertranſeat in te Belial, uniuerſus interijt. Aſcendit qui dicit
pergat in facie tua, cuſtodiens obſidionē. Contēplare uia, conſozra libros, & obſer-
uirtutē valde, qm̄ ſicut reddidit dñs ſuperbię in Iacob, ſic reddet ſuperbię Iſrahel
qz vaſtatores diſſipauerūt eos, & propagines eoz corruperūt. Hæc, & cetera qđ
quint uſq; in finē, magnū gaudiū, magnū & triumphale reſonāt tripudiū, & totius terræ
cauſa hæc eſt, qm̄ ſicut reddidit (inquit) dñs ſuperbię in Iacob, ſic reddet ſuperbię in Iſrahel.*

CAP. II.

Iacob &
Iſrahel.

Nō ergo parua res eſt, qđ ſub uerbis iſtis latet, ſicut reddidit dñs ſuperbię in Iacob, qm̄
uſ cōſolationis uel gaudiij cauſa ſiue materia in ipſis poſita eſt. ¶ Quid igitur eſt, uel quid
ſum habet, quoniā ſicut reddidit dñs ſuperbię in Iacob, ſic reddet ſuperbię in Iſrahel. *Uel
nanq; & idē fuit pater Iacob, qui & Iſrahel, unus & idē populſ Iacob, qui & Iſrahel. Sicut
dē ita dixiſſet, quoniā ſicut reddidit dñs ſuperbię in Iudā, ſic reddet ſuperbię in Iſrahel.
ſus iſte abſq; impedimēto uel ſcrupulo ſeſe accōmodaret, qđ ſicut ultus eſt dñs Iudā & Iſrahel
uſalē de rege Sennacherib, & exercitu eius, ſic ulciſcetur decē tribus, qđ appellabātur*

hel, de Ninive siue Affijs, quod regnate Salmanasar captiuauerat eadē decē tribus. Nunc aut quāuis & iste sensus rationabilis sit, & pro Iuda Iacob cōueniēter possit accipi, libet ad huc intuitū mentis extendere latius, ut sub istis nominibus Iacob & Irahel oēs, tā antiqui, q̄ noui, tā illi qui p̄cesserūt, q̄ illi qui subsequūtur Christi aduentum, electi intelligātur. Iacob nāq̄ patrē secūdū carnē, duodecim filios, totidēq̄ tribuū Irahel, libēter hic accipim⁹ Christi patrē secūdū sp̄m duodecim ap̄loꝝ, & omniū qui p̄ eos in ipsum crediderūt, uel credūt. Erit igitur sensus amplissimus, & oīno planus in istis uerbis, idē, qui in illis apostoli, cum de tione fecerat Ap̄tus, beneficia dei in figura cōtingebant illis. Nimirū sicut illa, de q̄bus nominatim mēlio Christi, sic illa ultio de Affyrijs, in figura cōtingebāt illis, & ueraciter implent in euangēter impletur in euangēlio Christi. ¶ Magna planē causa & digna, propter quā sic exclamet sp̄s sanctus in propheta: Ecce sup̄ montes pedes euangēlizātis & annūciantis pacē, propter quā cōgratulē, & dicat: Celebra Iuda festiuitates tuas, & rede uota tua, propter quā excitet & ē. Vt (inquit) & hoc facias, & non id solū attendas, quod taliter reddidit dominus superbiaz Assyrioz, quam exercuerūt in Iacob, quod ciuitatē hanc Sennacherib non introiuit, neciecit in eā sagittā, nec occupauit eam clypeus, sed occisus ab angelo domini centū octogintaquinque milibus, reuersus est in uia suā, per quā uenerat, & occisus est, & Ninive subuersa est. Nō (inquā) hoc solū attendas, sed simul attende, quia sicut dñs reddidit superbiā in Iacob, ut Assyrii excinderentur, sicut reddidit superbiā in Iacob, ut Pharaō cum curribus & equitibus suis in mari mergeretur, sicut reddidit superbiā in Iacob, ut à Persis & Mcedis Babylonia subuerteretur, sicut reddidit superbiā in Iacob, ut Aman, hostis Iudæoz, in patibulo, quod Mardochæo parauerat, appēderet, sicut reddidit superbiā in Iacob, ut Antiochus Epiphanes sine manu cōtereret. Sic reddet superbiā in Irahel, populū nouellum euangēlica fide renatū, cuius generatio secūdū sp̄m de Ch̄so est patrē duodecim ap̄loꝝ, cuius in typū p̄cessit ille Iacob pater secūdū carnē duodecim filioꝝ. Quid reddet superbiā habitā cōtra istū Irahel, secūdū similitudinē eoz, q̄ reddidit superbiē habitā cōtra illū Iacob? Nimirū ut princeps huius mūdi diabolus, ausus uenire ad istū Irahel, in q̄ nō habet quicq̄, ita sanguine & aqua de laterē eius emanātibus enecet, sicut ille carnē Pharaō cū suis oibus submersus ē in aquis uehemētibus, & ita ligno crucis trāsfigat, sicut fuit Aman ille trāsfixus, & sicut cōritus est Antiochus, tādēq̄ ita & ipse diabolus, & ois illi cōsenties mūdu ex tremo iudicio dānetur, sicut ille ueniēs cōtra Iudā & Hierlīm superatus ē, q̄ sibi uidebat in superabilis Assur, & subuersa ē Ninive caput superbiē eius. ¶ Ecce d̄ Iuda, sup̄ montes ecce pedes. i. p̄dicatores, omnē seculi altitudinē sup̄grediētes, pedes euangēlizātis & annūciantis pacē, p̄dicatores dātis p̄nitentiā & remissionē peccatoꝝ, destructo pctō, cōsummata iustitia, principe huius mūdi iā iudicato. Secūdū similitudinē p̄lagæ, q̄ facta est in pte, idē in Assyrijs factū ē, idē sine dubio fiet in toto, scilicet hoc mūdo, & in principe huius mūdi. ¶ Celebra igitur d̄ Iuda. i. cōfessor propheticę & euangēlicę fidei, celebra festiuitates tuas, & rede uota tua. i. à malis opib⁹ uaca, & i bonis opibus p̄seuera. Festiuitates q̄ dudū celebrabant in figura, nūc in ueritate celebra, Exēplī grā, ut agnū, quē dudū comedebas in umbra, quē comedēdo trāsitū maris, et demersionē carnei Pharaonis celebrabas, agni Ch̄si signū fuisse scias, & cætera festa legis, euangēlicę gl̄iæ noueris extitisse exēplaria. Sed qd̄ prodest q̄lescūq̄ festiuitates celebrare de foris, nisi festiuitas cōtēplatiōis in mēte fuerit? Proinde cū dico celebra Iuda festiuitates tuas, et rede uota tua: Psalmistā interroga, et ipse tibi dicet, quō facere debeas. Quoniā (inqt) cogitatio hois cōfitebitur tibi, et reliquæ cogitatiōis diē festum agēt tibi. Vouete et reddite dño deo uestro oēs q̄ in circuitu eius affertis munera. Istæ sunt tuæ festiuitates d̄ Iuda, ut cogitatio tua deo cōfiteat, et si nō ois cogitatio festiua eē p̄t et splē dida, saltē reliquæ cogitatiōis diē festū agāt. i. saltē aliquādo post infestationes malarū cogitatiōnū, locū mentis obtineant cogitationes bonæ, iuxta illud: peccasti, quiesce. Cū huius modi festo die reddē uota tua, quozū uidelicet uotoꝝ summū uel optimū est, calicē salutaris (iuxta Psalmistā) accipere. i. imitari mortē saluatoris, q̄ moriēdo pacē inter deū et homies fecit, ipsamq̄ euangēlizauit et annūciauit pedibus, ut iā dictū est, id est p̄dicatoꝝ siue apo-

1. Corin. 10

Iacob pro Iudæis, Irahel pro Christianis hic ponit.

4. Reg. 19

Exod. 14

Celebra festiuitates o Iudæa.

Psal. 77

Gene. 4

Psal. 115



stolis p mundū uniuersum missis, & sup montes incedētib; .i. sup omnē altitudinē seculi
 ¶ Profecto nō uana festiuitas ita celebrare, & causam hāc festiuitatis habere, qā nō ad hū
 et ultra ut ptranscat in te Belial, uniuersus interijt, uidelicet secū dū similitudinē. Affur sine
 Sennacherib, qui reuersus in uia, p quā uenit, iā ultra in te ptransire nō poterit. Ita nāq; Be
 lial, qd interpretat absq; iugo, scilicet diabolus, ab initio rebellis deo, ex q tibi d luda, Chri
 moriendo ac resurgēdo festiuitates tuas dedicauit, ultra iā in te ptransire nō poterit. Nā ex
 tunc uniuersus interijt. Nō q substantia eius esse desierit, sed q mors generis hūani, q per in
 uidiā eius in hunc mundū introiuit, mors in quā uniuersa, mors gemina, tā animā q corpo
 ris oīno interijt. Vbi uel quādo iste Belial interijt? Vbi mortua est mors, quā intulit, unde et
 appellatur & ipse mors: Videlicet ubi mortuus est Chrūs, ibi nostrā mortua est mors ani
 marū, & ubi resurrexit Chrūs, ibi nostrā interijt mors corporū. Celebrādo ergo festiuita
 tes tuas d luda, memēto, q ille sit ipsa festiuitas tua, de quo dicis, qui mortē nostrā moriendo
 deuicit, & uitā resurgendo reparauit, & hinc esse qd dicitur: nō ad hūc ultra ut ptranscat in
 te Belial, uniuersus interijt. Nā si illud solū respicias, qd Sennacherib nō reuerlus abijt, et
 interijt, nō est uerū proinde dicere: Belial uniuersus interijt, quia uidelicet post illū plurimū
 Belial, qualis ille fuit, in te ptransiuit, qui multo amplius nocuit. ¶ Forte dicis d luda: Quā
 diu stat Niniue, quō mihi dicis: quia Belial uniuersus interijt? Quādiu stat mundus: quō cō
 solabor de mortis interitu? Ecce enim Nero sē uit, Decius insanit, Maximianus morte
 matus uesaniit, & pter istos filij Belial multi, qz Antichristus deterrimus erit. Quomō ergo
 iā dicis, qā Belial uniuersus interijt? Ad hāc inquā, Ascendit q dispergat in facie tua, custo
 diens obsidionē. Quis est ille q ascendit? Ad illā quippe Niniue ascendit Nabuchodonosor
 rex Babylonis, & in facie tua d luda, q tūc tēporis in mūdo eras, i. te p sēte uel scīte disper
 sit Niniuen illā, circa illā custodiens obsidionē, donec illā caperet, sed in hoc parua, imō uere
 nulla cōsolatio est. Pior nāq; tibi Nabuchodonosor postmodū extitit, q fuerit Sennache
 rib. Quis igitur ille est q ascendit, quiq; in facie tua sic disperget mūdū istū, magnā uicq; Niniue
 ut pfectā habeas cōsolationē? Profecto q descendit Chrūs, ipse ascendit, et sicut ascendit, ita ue
 niet Niniuen dispersurus, i. mūdū in facie sua iudicaturus. Quod interim facit Nero hūc
 Dioclectian⁹, imō ipse diabolus, siue Antichristus nihil ueritate dimittit, quin ueraciter d
 cas: Belial uniuersus interijt, foras missus ē princeps huius mūdi. Nō hic agit nec agi p
 iohan. 12. quin mors utraq; mors, aiā et corpis absorpta sit in uictoria istius ascē foris cœli. Quid em̄
 adhuc hostis corpus occidit in mēbris? Deniq; animā nō p̄t occidere uiuificatā capitis, i. e.
 Chri morte, & de ipsa morte corporis tā certū est, q interitura sit in mēbris, ut ueraciter
 secure iā dicas, qā interijt, p̄sertim qā caput Chrūs resurrexit & mēbra nō nulla. i. multi cō
 eo sancti. ¶ Olim hoc intēdebat, hoc sperabat draco diabol⁹ qd efficere posset, ut de illa mū
 Draconis intentio. liere, q erat gens illa, q secū dū carnē qz dicitur luda siue Iudæa, nō nasceret malculus filius
 Apo. 12. q rectorus esset gētes in uirga ferrea, & iccirco illā delere conabat septē capitibus armatus,
 sed hoc iā sperare nō p̄t, qā iā natus est ille filius, & iā raptus ē ad deū & ad thronū ei⁹. Hoc
 tm̄ deinceps intēdit p Nerōnē & quoscūq; filios illi, ut nō expectet rediturus, sed tu firmēte
 tene, quia sicut ascendit ita rediturus est, ut in facie tua dispergat Niniuen, ut te uidente in di
 cet mūdū nō credētem, teq; persequētem, ita custodiens obsidionē, ut neq; ab oriente neq;
 ab occidēte, neq; à desertis montibus pateat cuiquā locus effugij, quoniā deus ipse iudex est
 Psal. 74. qui oīa cōcludit, cuius de manu nemo est qui eruerē possit. ¶ Hoc futurū sciens, ad hoc illū
 Contemplas triuiam. rediturū credēs, fac qd nūc dico. Cōtemplare uīā, cōforta lumbos, roborā uirtutem ualida
 Hāc (inquā) age, sic uiue, quia nō hoc aliud est, q quod ipse in euāgelio dixit, ante q ascendē
 Lucæ. 12. ret. Sint lumbi uestri scīcti, & lucernæ ardētes, & uos similes hoibus expectantibus domi
 nū suū, quādo reuertatur à nuptijs. Quidnā aliud est uigilare secū dū similitudinē hominum
 expectantium dominū suū, q cōtemplari uīā, cū solitudine expectare illū, qui & uenit
 rus est, & ipse uīa est. Et quid aliud est cōfortare lumbos, q succinctos habere lumbos, &
 contra libidinem, siue luxuriam, quæ in lumbis est, castigatum habere corpus, & castitatem
 Roborare uirtutem. ¶ Porro uirtutē ualde roborare, id sine dubio est lucernas ardētes habere, id ē, cū hominū
 sitatis opa bona exercere, & in ipsis p̄seruare. Quomō aut uī unde uirtus eiusmōdi uirtute
 borat qd ē uirtutis huiusce ualidū robur? Reuera hūilitas, i. nō fallax, sed qno uerax uirtu
 tatis.

Belial diabolus, quomodo uniuersus interijt?

Iohan. 12.

Draconis intentio. Apo. 12.

Psalm. 74. Contemplas triuiam.

Lucæ. 12.

Roborare uirtutem.

tatis cōscientia. Eteṁ in ea virtus ois roboratur, nā virtus (inqt Aplūs) in infirmitate p̄fici-
 tur. Nō hoc dicimus, q̄ in firmitas ipsa sit humilitas, q̄ nobis est necessaria, sed qd̄ ad humi-
 litatē proficiat, uelut instrumētū quoddā cōsiderata, seu propriē fragilitatis, seu cois cōditio-
 nis infirmitas. Propriē fragilitatis, ut in Ap̄lo, dicēte: Ne magnitudo reuelationū extollat
 me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ. Cōmunis cōditionis, ut in Iob, dicē-
 te: Memēto q̄so, q̄ sicut lutū feceris me, & in puluerē reduces me &c. Q̄ si experimētum
 q̄ritur de humilitate, q̄ ois virtus ex ea ualde roboret, ecce & Iacob cū angelo luctari, & nō
 uinci, & Moses deū dicēte, dimitte me, tenere potuit. Quod utriusq̄ tāta uirtus ex hūilitate
 roborata fuerit, euidentibus cōprobat testimonijs. Nā de Iacob in Osee, ubi p̄missum ē, et in
 fortitudine sua directus est cū angelo, & inualuit ad angelū, & cōfortatus ē, statim subiūctū
 est, fleuit & rogauit eū. De Mose uero Psalmista cū diceret, & dixit, subaudiit deus ut disp̄-
 deret eos, statim subiūctū: Si nō Moses electus eius stetit in cōfractiōe in cōspectu eius.
 Quid em̄ est in cōfractiōe? nisi in nimia mētis hūilitate? Iā ita p̄specto, qd̄ dicit, robora uir-
 tutē ualde, sensum rationabilē habere p̄t, id qd̄ sequit, sicut in plerisq̄ codicib⁹ habet, & à se-
 ptuaginta nō discrepat interpretib⁹. Qm̄ sicut reddidit dñs sup̄biæ Iacob, sic reddet sup̄bie
 Iſrahel ueteres & novos. i. & illos q̄ sub lege fuerūt, & eos q̄ in euāgelio credūt, ita intelligi-
 mus, ut superius iā dictū est. ¶ Quæ fuit superbia Iacob, & quō reddidit dñs sup̄biæ Iacob?
 Sine dubio superbia Iacob fuit, ubi Chore Dathan & Abyron de sacerdotio cōtendētes,
 cū omni cōtū suo cōtra dñm steterunt, & ita reddidit dñs illi superbiæ, ut distrūperetur ter-
 ra sub pedibus eorū, & aperiens os suū, deuoraret Dathan & Abyron cū tabernaculis suis,
 & uniuersa superbia, descenderētq̄ uiui in infernū operti humo, & perirēt de medio multi-
 tudinis. Sed & ignis egressus à dño, interfecit ducentos quinquaginta uiros, qui offerebant
 incēsum. Item, Saul cū esset christus dñi, superbiuit, & dñs superbiæ eius ita reddidit, ut mā-
 ciparet eū maligno sp̄itū. Plura sunt exēpla h̄mōi, q̄ ut cōpendio cuncta possint ad præfens
 conscribi. Cū igitur præmissio, robora uirtutē ualde. i. humilitatē oibus modis habe, statim
 subiungit, qm̄ sicut reddidit dñs sup̄biæ Iacob, sic reddet sup̄biæ Iſrahel, q̄ litera nō discre-
 pat à septuaginta interpretibus, ut iā dictū est) terrorē magnū incuti uniuerso Iſrahel, q̄ cre-
 dēdo in Christū meruit Iſrahel nūcupari. Terribilis nāq̄ est deus in cōsilijs sup̄ filios hoīm,
 atq̄ iccirco tūc unicuiq̄ magis cauedū, & magis humilitati studēdū, cū maiora su p̄næ gra-
 tiæ dona p̄cepit, nō tantū in eo quod Aplūs p̄monuit dicēs: Noli gloriari aduersus ramos,
 q̄ cōfracti sunt, noli altū sapere, sed time, si em̄ deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortē
 nec tibi parcat, Verū & oibus modis, ut nunq̄ alter cōtra alterum inflatur, nunq̄ dū uiuit se
 cōprehendisse arbitretur. Superbia Iſrahel, id est, credentiū inter cætera mala fecit & hære-
 ses, & non minus de ipsis qui uidebantur intus, q̄ de illis, qui foris erant uel sunt, gentilibus.
 Verū quod sequitur. Quia uastatores dissipauerunt eos, & propagines eorū corruerunt,
 tanq̄ uastatores uinearum dñi, contra quos ipse dilectus dicit in Canticis, Capite nobis vul-
 peculas, quæ demoliuntur nobis uineas, nā uinea nostra floruit. Hoc peius egerunt uastato-
 res isti, q̄ uastatores illi, quod illi palā dissipauerunt, id est, persecuti sunt, isti autē & subdole
 corruerunt, & interdū aperta uel propagines uastauerunt. Reddet igitur dñs superbiæ hu-
 iusce Iſrahel, sicut reddidit superbiæ illius Iacob, uidelicet ut apostolico utamur exēplo, si-
 cut reddidit eidē Iacob in eo q̄ omnes quidē mare transferunt, & omnes in Mose baptiza-
 ti sunt in nube et in mari, et in omnes eandē escā spiritualē manducauerunt, et omnes eun-
 dē potū spiritualē biberūt, sed nō in pluribus eorū beneplacitū est deo, subauditur ut saltem
 in illā terrā ingrederentur, quæ umbra erat illius terræ uiuentiū, quam in futuro speramus,
 nā prostrati sunt in deserto. Hæc autē in figura facta sunt nostri, etē. nunc iam sequētia per-
 sequamur. ¶ Clypeus fortium eius ignitus, uirtus exercitus eius in coccineis. Igneq̄
 habent currus in die p̄parationis eius, & agitatores consopiti sunt. In itineribus
 conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis, aspectus eorū quasi lapades, & qua-
 si fulgura discurrētia. ¶ Clypeus (inquit) fortium eius ignitus. Cuius eius? Putāne illi-
 us Nabuchodonosor, qui ascendit ut dispergeret illam localem, quamuis magnam Nini-
 uen? fuerit quidem fortium illius clypeus quomodocunq̄ ignitus aut splendidus, & uiri
 exercitus eius uestitj caligis ac ocrejs coccineis, siue alterius cuiuslibet coloris pulchri, uerū
 tamen

2. Cor. 12

Ibidem.

Iob 30

Gene. 32

Exod. 32

Osee. 12

Psalm. 107

Supbia

Iacob.

Num. 16

1. Reg. 16

Ro. 11

Superbia Iſr̄

hæreses facit.

Cant. 2

1. Corin. 10

tamen spūs sanctus, spūs propheticus nequaquā ita se demiserit, ut absq; respectu mysterij
gas aut unitates eius modi, clypeos & currus; aut curruū habenas, & currentes quadrigas
uestitus coccineos, & aspectus uirorū fulgidos tantopere declamare, & super uenturis in
lis, quibus scripturā propheticā perseuerare uolebat, notificare dignatus sit. ¶ Spiritū ignis
quocunq; uadit, pro posse sequamur, & quia uerba spūs sancti sunt, spūalia potius in uentis
mysteria requiramus. Fortiū eius, (ut supra dictū est) ascendit in cœlū, Niniuen dispersit
.i. mūdū iudicaturus: fortiū (in q̄) eius clypeus ignitus est, & uiri exercitus eius in coccineis
& igneæ habenæ currus in die p̄parationis eius. Quæ sit p̄paratio, uel dies p̄parationis eius
& quid p̄paretur primo quærendū est, & deinde cætera melius clarescēt, q̄ magna in seculo
suū spiritualiū cōtineant maiestātē. Quid ergo p̄paratur, nisi ut mundus iudicetur. Et quæ
est huius rei p̄paratio, nisi euāgelij p̄dicatio: Et quis est dies p̄parationis eius, nisi totū hoc
tēpus, usq; ad cōsummationē seculi: Deniq; quāta cunq; diuturnitas, quantuscunq; mome
rus annorū sit, sicut tēpus, ita & dies recte dicitur, testante dño ipso, cum in propheta dicitur

Esai. 49.
2. Cor. 6

Tempore accepto exaudiui te, et in die salutis adiuui te. A postolus nāq; succinit: Ecce
tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Igitur unus idēq; dies, q̄ credēti mundo est dies sa
lutis, nō credēti mūdo est dies p̄parationis, & intra hunc diē p̄parationis inuenire debet
mus, et igneos fortiū eius clypeus, et uestitus uirorū eius coccineos, et habenas curruū
neas, et quadrigas in plateis collisas, et aspectus fulgureos, et cætera bellici apparatus in
gnia, q̄ declamādo ita inculcat, ut palā sit uel esse debeat, q̄ magna agit seria. ¶ Fortes eius

Fortes eius,
angeli sunt.
Actu. 1.

illos hic accipimus, quorū de multitudine duo in initio p̄parationis huiusce, qm̄ ille ascendi
cū intuerētur euntē illū in cœlū apostoli, steterūt iuxta illos in uestibus albis, q̄ et dixerunt.
Viri Galilæi, qd̄ statis aspiciētes in cœlū: Hic Iesus q̄ assumptus est à uobis in cœlū, sic ue
niet, quē admodū uidistis eū euntē in cœlū. Sic (in q̄) ueniet disperfurus Niniuen. i. iudicaturus
rus hūc mūdū. Fortiū illorū de principibus unus est Michael, de q̄ in Apocalyp̄ ubi dicitur
dit, ubi raptus est filius beatæ mulieris ad deū, & ad thronū eius, ita scriptū est. Et facti sūt
plū magnū in cœlo, Michael & angeli eius plābant cū dracone, &c. ¶ Horū formā cly
us uerbi dei, uerbū deus est, & clypeus utiq; ignitus, q̄ scriptū est: Ignitū eloquiū tuū uer
menter. Itēq; ad Salomonē dictū est. Omnis sermo dei clypeus ignitus est. Cōtra quosq;
nitus est talis iste clypeus, nisi cōtra draconē & angelos eius. Intolerabilis est illis iste igni
rū clypeos; ignis, unde & exprobratur illi apud Ezechielē, ubi sub nominibus nouē lapidū
dicitur, in eū de nouē ordinibus angelorū. Et eiecit te de monte dei, & perdidit te d̄ Chero
protegēs, de medio lapidū ignitorū. ¶ Porro uiros de q̄bus ait, uiri exercitus eius in cœlo
neis, illos intelligim⁹, q̄ adiuuātibus fortibus siue cooperātibus illis, semp̄ inuisibilib; aliquan
do aut etiā uisibilib; uicerūt illū draconē, sicut ibidē scriptū est. Et ipsi uicerūt illū propter sa
guinē agni, & lauerūt stolas suas in sanguine agni. ¶ Deinde igneas habenas curruū
siue rectores ecclesiarū intelligimus, q̄ uidelicet sicut habenæ regūt curruū, ita regulæ
monita horū, illū regūt curruū, de q̄ in psalmo scriptū est. Currus dei decē milibus multiplici
milia latantiū. Sunt aut habenæ igneæ, q̄ uidelicet dicta uel facta, seu omne regnū eorū
nō est aut esse debet sine magno boni zeli seruore. Illi fortes cū ignitis clypeis, illi uiri exer
citus eius in coccineis, istæ igneæ curruū habenæ in die p̄parationis eius, subaudiunt, nunq;
ficiunt, & ois actio eorū p̄paratio est, extunc usq; ad finē seculi, p̄paratio dispersionis q̄ dicitur
gēda est Niniue. i. iudicij q̄ iudicāndus est mundus iste. Interim nāq; p̄ eos spūs sanctus uocā
it mundū de pct̄ō & de iustitia, & de iudicio, & eo arguēte, fugiunt mundū peritū. In
credunt, & q̄ credere nō uult, fit inexcusabilis mundus. Hæc est p̄paratio eius. ¶ Et agita
res (inq̄) cōsopiti sunt. Agitatores plane nō eius, cætera sunt eius, fortes q̄ clypeus est
nitus, dicunt & sunt eius, uiri exercitus in coccineis, dicunt & sunt eius, curruū cū igni
benis, & tota p̄paratio dicitur et est eius, agitatores uero, nec dicunt, nec sunt eius. Agita
res q̄ sunt, nisi quieti infesti, iniuriosi et cōtumeliosi, siue supbi: Tales iste nō habet
les nō ex deo, sed ex maligno sunt, ex mundo dānato, ex mundo in maligno p̄posito. In
eo tpe, qd̄ egit ille sæpeditus Assur, unde sic notare, unde agitator ipse et quiq; illius
gitatores recte dicant: Apud Esaiā, ubi aduētus eius propheticā uoce denunciauit, p̄cepit
Esai. 10. ra sic de illo dictū est, Transierūt cursum, scilicet Assyr̄ cōtra Hierl̄m propter ares, & dēp

Apoca. 12.
Clypeus igni
tus sermo dei
Psalm. 118.
Prouer. 30

Ezech. 28

Apo. 12.
Habenæ cur
rus, plari sunt

Psalm. 67.

Iohan. 16.

Agitatores,
nō sunt eius.

Esai. 10.

ditione eius q̄si iā p̄perata, nimis certi, nimisq̄ cōfidētes, & agitabit (inq̄) manū suā sup mō
 re filie Sion, & collē Hierlm. Quia sic hostiliter agitavit manū suā ille Assur siue Sennache
 rib sibi aridēs, loco sancto irridēs, in se tumide gliscēs, cōtra deū improvide ludēs, recte ni
 mirū notavit eū spūs sanctus, ut agitator ipse, & quicq̄ filies illi agitatores noiarent. Filies illi
 in die p̄paratiōis huiusce, de q̄ secundū hūc prophetā loq̄mur, dū p̄parat ut Niniue, .i. mun
 dus iudicetur, filies (inquā) agitatores fuere Nero, Dioclecianus, Maximianus, & ceteri q̄
 cunq̄ cōtra euāgelii p̄paratiōis huius, semetipsos agitauerūt, pleni diabolico spū, & ecce
 cōsopiti sunt. Quid est cōsopiti? Mortui sunt. Nōne & illi uiri pulchri, uiri exercitus ascen
 foris cœli, q̄ uicerūt draconē (ut supra dictū est) propter sanguinē agni, & propter uerbū te
 stimoniū sui, & iccirco sunt in coccineis: nonne (inq̄) & illi sicut mortui? Sunt qdē mortui,
 sed nō cōsopiti. Nā & si mūdo mortui sunt, deo uiuunt, & in castris regis sui, regis uiuentiū
 nūc q̄q̄ militāt, nō minus q̄ uiuētēs in carne militauerūt. Planē atq̄ indubitatē miro mo
 do cū, deposita carne, sint in alio seclō, p̄sentes nobis sunt, & meritis regunt, uirtutib⁹ augēt
 residuū exercitū peregrinantē adhuc in hoc seculo. At illi agitatores, & deo mortui sunt, et
 huic seculo iā nō uiuunt, uiuētibusq̄ nec obesse nec prodesse possunt aut poterūt, et iccirco
 uerū est dicere, q̄ cōsopiti sunt. .i. profundo somno mortis sepulti sunt, unde (donec cœlum
 atterat) nō euigilabūt, nullūq̄ deinceps fortib⁹ illis, uiris illis supradictis, curru, uel habenis
 dñi faciēt obstaculū siue impedimētū. Cōsopiti (inq̄) sunt iter agēdū, siue dū agitator id qd se
 quitur. In itineribus cōturbati sunt, q̄drigæ collisæ sunt in plateis, aspectus earū q̄si lāpades,
 & q̄si figura discurrētia, Fuerit (ut iā dictum ē) exercitus ille Chaldaicus, cōtra Niniue tā
 uelox, tā properās, tāq̄ p̄pōsus, q̄drigis cōcurrētibus tā multis, ut p̄ multitudine uia inue
 nire nō possent, atq̄ inter se colliderēt in plateis, & aspectus Babyloniorū ita fulgurei, aut
 nescio q̄ lumine luminosi, ut ante uisu aduersarios terret, q̄ mucrone prosternerent, nobis
 tñ ex abundanti est, ut huic sensui literali immoremur, potius spm sequamur, & post ipsum
 curramus. In hac die p̄paratiōis iudicij, q̄ iudicādus mundus est, cuius illa Niniue, & pars
 fuit, & typū gessit, in hac (inq̄) die p̄paratiōis cōturbati sunt uiri Niniuite, diuersa cōturbati
 one in itineribus & in plateis, q̄drigis collis. ¶ Quibus in itineribus, uel q̄bus in plateis: Ni
 mirū in illis, in q̄bus euāgelica uoce sapiētia clamauit, sicut habem⁹ in parabolis: Sapiētia fo
 ris p̄dicat, in plateis dat uocē suā, in capite turbarū clamitat, in foribus portarū urbis profert
 uerba sua. Itē: Nūqd sapiētia nō clamitat, & prudētia dat uocē suā? In summis excelsisq̄ uer
 ricibus sup uia in medijs semitis, stans iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens:
 O uir ad uos clamito &c. Ergo nō in occulto, sed in itineribus, non in angulis sed in plateis
 conturbati sunt, audita sapiētiae uoce, audito euangelio, in quo reuelatur, ait Aplus, ira dei
 de cœlo, super omnē impietatē & iniustitiā eorū, qui ueritatē dei in iniustitia detinent. Con
 turbati & cōmoti sunt, tremor apprehendit eos, audientes aliā et meliorē esse ciuitatē, q̄ suā
 Niniuen, aliud seculū esse, q̄ seculū præsens, & hoc iudicandū esse per ignē. Ibi dolores ut
 parturientis, ibi, in quā, id est, in illa cōturbatione, in illo tremore, dolor nō sine fructu, sicut
 nō sine fructu dolor est parturientis. Multi em̄ audientes, quid pr̄paretur Niniue, id est,
 mundo huic, ita cōturbati sunt, ut cōtristarēt ad p̄cēnitentiā, & ita tremuerūt, ut cito que
 rerēt, quomodo possent fugere à uetura ira, & euadere illud iudiciū. Alij autē qui increduli
 fuerūt, ita cōturbati sunt, & ita cōmoti sunt, ut irati seipsos dirigerēt & exagitarēt, cōtra hoc
 magnā p̄paratiōis euāgelii, unde & paulo añ agitatores noiati sunt. ¶ Quē porro uel cuius
 q̄drigæ collisæ sunt in plateis: Vtiq̄ q̄drigæ Aminadab, qd interpretat spontaneus populi
 mei. Iste Aminadab Chrus est, & huius q̄drigæ collisæ sunt in plateis, occurrētes occurrē
 ribus sibi q̄drigis supbi huius seculi, de q̄lib⁹ in Zacharia dicit: Ipse pau p, & ascēdēs sup asin
 nā, & pullū filiū asinæ, & dispgā q̄drigā ex Esraim, & equū de Hierlm, & dissipabit arcus
 belli. Quadrigæ Aminadab, q̄tuor sunt Euāgelia, de q̄bus nobis cōtra Niniue, q̄tuor ma
 gna p̄dicant sacramēta, incarnatio ipsius Aminadab, cuius facies, facies est hois: passio eius
 dē, q̄ facies est uituli: resurrectio ipsius, q̄ facies est leonis: ascensio eius dē, q̄ facies est aquilę
 uolātis. Magna ibi conturbatio, q̄ magna quadrigæ collisio. Qui bñ conturbati sunt, qui
 ad p̄cēnitentiā contristati sunt, p̄ collisionē quadrigæ cōsistēt, & satisfaciūt, qd in illa col
 lisionē fuerūt, nō p̄ malitiam, sed per ignorātiā. Dicit em̄ quilibet illorū, puta Saulus, siue
 quispiā

Qui mortui,
dicuntur con
sopiti.

Nota, contra
errorē de san
ctis.

Euangelica p̄
dicatio in pla
teis.
Prouer. j.
Ibidē. 8.

Rom. j.

Psal. 47.

Quadrigæ
collisæ.

Zach. 9.

Quadrigæ
Aminadab.

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. II.

Cant. 6.
j. Timo. j.

Ezechi. j.

Psal. 67
Mat. vlti.

Roma fortiū
suorū recor-
data.

Quo Christi
fortiū suorū
recordatus.

Iud. jr.

Mat. 22

quispiam alius, prius aduersarius, postea correctus & fidelis quadrigarum socius. Nesciens
anima mea cōturbauit me propter quadrigas Aminadab. Nesciui, & ignorans feci, igno-
rans in incredulitate obstiti, cū repente uidissem quadrigas Aminadab, nūc autē cōsiderans
dignitate quadrigarū eius, cōturbauit me aia mea, sana cōtritiōes eius dō Aminadab. Quam
pulchræ quadrigæ, q̄ splendidæ aurigæ. Aspectus (inquit) eorū quasi lāpades, & quasi ful-
gura discurrentia. Et apud Ezechiele similiter habes, & aspectus eorū quasi carbonū igni
ardentiū, quasi aspectus lampadarū. Hęc erat uisio discurrens in medio animalū, splendor
nis, & de igne fulgur egrediens. Vbi quadrigæ collisæ sunt, ibi facies siue aspectus eorum
scilicet Euangeliorū siue euangelizantiū quasi lāpades, & quasi fulgura discurrentia. Lam-
pades illumināt, fulgura terrēt. Sic isti habētes uirtutes, siue uirtutū operationē habentes in-
cut in psalmo scriptū est: Dñs dabit uerbū euangelizantibus uirtutes multas, dū prædicant
ubiq; dño cooperante, & sermonē cōfirmāte se quētib; signis, mētes hoim & de cogniti-
one ueritatis illumināt, & de miraculis ad audiendū atq; credēdū magis excitāt, & resē ful-
gura dixit discurrentia, quia nō in una tantū mūdi parte, sed p mundū uniuersum uisā & au-
dita sunt p̄dicationis euāgelicæ miracula. Sequitur. **L** Recordabitur fortium suorum. **Q**
Quis recordabitur fortiū suorū? Recordabitur Ninie, recordabitur mūdus, & uerbi gratia
Roma, quæ tūc erat mūdi caput, qm̄ primū quadrigarū huiusmodi collisio, siue collisio
fragor in plateis est auditus. Fortes eius multi fuerant, ut puta Torquati, Coruini, Corneli,
Scipiones, siue Africani, Cæsares, siue Augusti. Eiusmodi fortiū recordabitur (inq; & sic
factū est. Nā in derogationē Christianæ pacis, in cōtemptū euāgelicæ gratiæ, quos com-
memorati sunt fortiū suorū multiplices triūphi, de toto mūdo, de Europa, Africa atq; Asia
cōcelebrati, propitijs (ut aiebāt) dñs suis, quorū opitulatiōe, qm̄ florebat religio cultusq; in
tēplis, prouecta & dilatata est magnitudo Romani imperij. Nūc autē aiebāt, & in plateis
ruli declamabant, pluuia desit, causa Christiani. Irati sunt dñ, propterea insurgunt Britones
siue Dani repugnant, imō impugnat Germani, iussa cōtemnūt Alani. Eiusmodi recorda-
tione mūdus recordabitur (ait) fortiū suorū, q̄ uidelicet fortes fuerūt, nō habētes deū Chri-
stū, aut nomen Christianū, & si fuissent hodie fortes illi, non auderet quisq; inferre nomen
istud auribus eorū. Sed audi quod sequitur. **L** Et ruent in itineribus suis. **I** Vane reco-
dabitur eo modo fortiū suorū mundus, nā quicunq; sic recordati fuerint, ruent in itineribus
suis, ruent ut mendaces, & ueritate oppressi. **¶** Nā e contra fortiū suorū recordabitur & ipse
ascensor celi, & efficaciter eorū recordabitur, ut eorū recordatio multum proficit. Postq; for-
tes sui præsentī uita exesserint, postq; occisi, & in sepulchro cōuecti fuerint. Apostolus
martyres, utiq; fortes sui, ita recordabitur eorū, ut faciat eos uiuentibus cooperari, & ser-
uāre eorū cōfirmare sequētib; signis. Eiusmodi recordatio, ut lectorē amplius delectet, ut
secundū mysticū exēplū illius Samson fortissimi. Cū Philistiim uociferantes occurrerent
ei, irruente in se spū dñi, inuentā maxillā, id est, mandibulā asini, quæ iacebat, arripens, ut
terfecit in ea mille uiros, & cū sitiret ualde, aperuit dominus molarē dentē in maxilla asini,
quā de manu proiecerat, & egressæ sunt ex eo aquæ, qbus haustis refocillauit se, & uires
recepit. Secundū hanc similitudinē recordatus est iste fortiū suorū, qui & secundū carnē in-
firmi & ignobiles, at secundū spm̄ fortes & nobiles fuerūt, & ita fortes in manu Christi
tissimi, ut cū paucis illis ita cōminueret fortitudinē seculi, sicut ille Samson deiecit mille ui-
ros in mandibula asini. Vbi illos proiecit, aut proiecisse uisus est, quia permisit occidi, quā
curā illorū negligeret, tunc ualde sitiuit ipse, id est, ecclesia, quæ est corpus eius, & dimisit
cidere in manus inimicorū, id est, infidelium, cōtra quos illi dū uiuerent, uerbo & opere mag-
nū erant firmamentū. Sic aperuit dñs sepulchra eorū, ut crebra prodirent fluentia miraculo-
rum, unde ecclesia spm̄ refocillauit, et uires recepit, ut constanter dicere possit, Christi
um suū, deū non esse mortuorum, sed uiuorū, et quia fortes sui omnes illi uiuunt, tūc etiam
cordati, quia recordabitur et iste fortiū suorū, recordatione bona et efficaci, ut probet, quia
illorū uana fuerit, et istorum uera fortitudo sit, cū quibus Ninie, id est, mūdus, recorda-
bitur secundū ueritatem, præuentis huius sæpeditæ præparationis. Ita fiet quod sequitur
L Velociter ascendent muros eius, & preparabitur umbraculum. **¶** Orte huius

aperte sunt, & templum ad solum dirutum est, & miles captivus abductus est, et ancillæ eius minabantur, gementes ut columbæ, & murmurantes in cordibus suis. **L**iteralis sensus de subvertione illius Niniuæ manifestus est, quod uelociter muros eius Chaldaei ascenderint, & propter obsidionem longissimam ad depellendos æstus umbracula sibi præparauerint & quod apertis portis Niniuæ, quæ instar fluminum habebat ciuium multitudinè ingressus hostis, ut forum aut ædes forenses ita diruerit & templum, & quod miles captivus abductus sit in Babylonem, & quod ancillæ, i. per metaphoram minores urbes, uel certe captiuæ mulieres minatæ sunt ante ora uictorū, tantusq; terror fuerit, ut ne in singultus quidē, & ululatus erumperet dolor: sed intra se tacite gement, & obscuro murmure deuoraret lachrymas in morem mustitantium columbarū. Sed in bello hominum, ut erant Babylonij contra Assyrios: postq; uelociter ascenderunt muros. Ad quid illis præparari umbraculū? Nam qui obsideret, tamdiu necessarium habent ad depellendos æstus umbraculum sibi cōparari donec muros siue ascendendo, siue irruendo inuadere possunt. **E**rgo uiri siue exercitus ascensores cœli: uiri qui (ut supra dictū est) eunt in coccineis, ipsi sunt qui uelociter muros Niniuæ ascenderunt, & post eos nobis præparatum est umbraculum. Manifestius dicendum: Martyres sancti, Apostoli sancti: Martyres (inquam) sancti, sanctoꝝ Apostoloꝝ filij ipsi sunt qui uelociter ascenderunt muros Niniuæ, qn̄ nondū erant aptæ fluuiorū portæ, quod factū ē postmodū, sicut prius legitur: Portæ fluuiorū aptæ sunt. Clausæ erāt portæ fluuiorū, portæ pp̄loꝝ, portæ quas posuerant, quas clauserat huius mundi principes, reges & tyranni, Cæsares atq; imperatores, ut fluuijs, id est, populis, ad uias euangelij quadrigas quæ collidebantur in plateis, exire non liceret. Edicta pendebant, leges & proscriptōes in tabulis publicis propositæ erant, ut si quis ad euangelicam fidem exiret, nomenq; Christianum suscipere, capitale, aut aliam quilibet subiret mortis sententiam. Hæc erat clausura fluuiorū, i. populorū, hæc portæ non apertæ, & hi ferrei uectes portarū. Non expectauerūt uiri exercitus dñi, uiri nominati & inclyti, ut portæ fluuiorū sese aperirent, ut principes populorū, confitendi uel annunciandi Christum licentiam darent. Velociter muros Niniuæ ascenderunt, cōstanter principum seculi leges supergressi sunt, & Christi nomen ulro intulerunt, non ignorantes negocium istud corporibus suis fore periculosum, imò præoptantes cum dispendio corporum facere lucrum anima. Ascendentes comprehensi sunt, tenti sunt, ante reges & iudices adducti steterunt, accusati non negauerunt, interrogati Christum confessi sunt, diuersis pœnis afflicti, diuersis mortibus addicti, nonnulli etiam affati gratias egerunt Magnus ibi solis æstus: sed & præparabitur (inquit) umbraculum, Compositis nāq; (ut supra iam dictū est) agitatoribus illis, interdum refrigerabat æstus persecutionis. Exempli gratia: ut contigit Diocletiano, de regno eiecto, & Maximiano mortuo, Annuntio uobis, ait, moriens martyr in signis, pacem ecclesiæ Christi redditam, Diocletiano de regno eiecto, & Maximiano hodie mortuo. Hoc erat præparari umbraculum, quod non dimittebat eos tentari supra id quod poterant, uel diutius q̄ poterant: sed faciebat etiam cum tentatiōe prouentum, ut possent sustinere. Quid multa? Imperante spiritu sancto, ac dicente: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ: tandem portæ fluuiorū apertæ sunt, & templum ad solum dirutum est. Portæ (inquit) fluuiorū apertæ sunt, i. leges principum deletæ sunt, mortuis principibus, qui illas contra nomen Christianum scripserunt, & eleuatæ sunt portæ æternales, portæ bonæ, iustæ leges, p̄ q̄s rex gloriæ Ch̄s introiret, pioꝝ principū leges, Ch̄sianorū Imperatorū sancti oēs. Itaq; templū ad solū dirutū ē idolatrię cultus destructus ē. Portis em̄ aptis eruperūt fluuij, malis legibus remotis, melioribusq; datis, quæ non prohiberent, imò prædicarent Christum coli, certatimq; ad fidem confluxerunt populi, & ita desertus est adulter Jupiter cum Iunone & Venere, & omni sua turpi progenie, & templa destructa, aut in Christi ecclesias conuersa sunt. Tunc miles captivus adductus est, abductione bona, captiuitate beata, ut qui liber iustitiæ fuerat, & huic Niniuæ, id est, huic mundo, imò & diabolo militauerat, seruus iustitiæ fieret, & deo creatori suo militaret. Et ancillæ eius minabantur, i. humiles siue ignobiles seculi, ante curram supra dictum boni captiuatoris Christi ducebant. De qualibus Apostolus: Quæ inquit stulta sunt mundi elegit deus, & quæ non sunt, ut ea que sunt, destrueret. Non hoc dicitur, quod ita elegerit ignobiles, ut nollet eligere nobiles: nam

Niniue a Chaldaea capta,

Sensus mysticus huius hystorie

Martyrum uictoria

1. Corin. 10

Psal. 124

Rom. 8

1. Cor. 1

& miles

& miles captiuus abductus est & ancillæ eius minabant. i. nobiles pariter atq; ignobiles, ab
 q; acceptõe psonag. uictoris Christi seruitio subiiciebant, sed hoc dicit Apulus, qd in initio
 Euagelij nõ prius nobilia, sed ignobilia deus elegit. Cur hoc? Vt nõ glorie omis caro in cõ
 spectu eius, quod utiq; futurũ erat, si nobiles prius uocati, & per eos ignobiles ad Christi fa
 dem fuissent adducti. ¶ Quod protinus subiungit: gementes ut columbæ, murmurantes in
 cordibus suis, tã de milite, q; de ancillis. i. tam de nobilibus, q; de ignobilibus debet intelligi.

Gementes ut
 columbæ.

Quid aut gementes, unde murmurantes? Non utiq; quod captiuu abducti sunt uel qd minõ
 tur ante currũ triumphatoris hmõis: sed inde gementes, qd ab isto dño sibi incognito liberũ
 & Niniuæ, hoc ẽ, mudi huius serui fuerũt, & sup hoc murmurates in cordibus suis, i. semet
 ipsos reprehendentes in cõscientijs suis. Murmurare nãq; iterdũ in bono accipit, ut illiẽ ipsi dñi
 pergent ad mädücädũ, si uero nõ fuerint saturati, & murmurabũt. Qd est dicere: ipsi q; cõuer
 si erunt, disperget ad mädücädũ, i. alios p̄dicatõe sua sibi incorporandũ, & si non fuerint sa
 urati, hoc ẽ, si p̄dicatio eorũ nõ fructificauerit, cõquerent, & dolebũt. Ita q; & hic cũ dicit: ge
 mentes, ut colũbæ, murmurates in cordibus suis, sic recte intelligit, ac si diceret: conqueren
 tes ac dolentes de peccatis præteritis, & semetipsos (ut dictum est) reprehendentes in cõs
 scientijs suis. Nam licet gratia uictoris & triumphatoris ducentis eos nõ ignorent se esse sal
 uatos, non tñ obliuiscunt, quales fuerint, & sup hoc dolere & cõqueri nõ desinunt in cordi
 bus suis, exẽpli gratia: ut ille qui dixit: imõ hodieq; cõfitear, & dicit: Ego sum minimus Apo
 stoloz, qui nõ sum dignus uocari Apostolus, qm̄ persecutus sum ecclesiã dei. Itẽ: Qui prius
 fui blasphemus, & p̄secutor, & cõtumeliosus, sed misericordiã cõsecutus sum, quia ignorã
 fecit in incredulitate. Pro hmõis recte dicunt gementes, nõ ut cõq; sed gementes ut columbæ.

Murmur bo
 num.

Pfal. 78.

1. Cor. 11.

1. Timo. 1.

Pfal. 67.

Pfal. 41.

Onus Ninie

Aque Nini
 uæ, diuitie di
 cuntur.

Pfal. 74.

Iohan. 6.

Pfal. 48.

Luc. 12.

Iob. 13.

Colũba nãq; gemitũ pro cãtu habet, & istis ita gemere ualde dulce est, ita ut & qn̄ canit q; p
 piam in laudẽ captiuatoris sui. Verbi gratia, ut illud: Ascendisti in altũ, cepisti captiuitatẽ, in
 uẽ iuxta aliã translationẽ: ascendens in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ: qn̄ (inquã) tale qd canit
 tũc demũ se legitime cecinisse sciãt, qn̄ uoces canentiũ singultus anime uioletũ, nimisq; ulro
 nei, crebro intercipiũt, & de oculis lachrymas eliciũt. Ibi sunt gemitus siles gemitibus colũ
 bæ, q; ne sit nisi gemẽdo canere, uel canẽdo gemere, tãq; dulce est hoc & suauẽ, ut Psal. m̄ta
 testat: Fuerũt (inquiẽs) mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Vbi talis uel taliter captiui
 tas abducta est, qualis remanet Niniuæ? Ait: L. Et Niniuẽ quasi piscina aquarum aque
 eius, ipsi uero fugerũt. State, state, & non est qui reuertat. Diripite aurũ, diripite
 argentũ, & nõ est finis diuitiarũ p̄ẽ omnibus uasis desiderabilibus. Hæc & cetera
 quæ sequũtur, quæ cõtra Niniuẽ dicunt, talia sunt, ut recte dictũ intelligas in titulo prophe
 tia, onus Niniuæ. Onus quippe est Niniuæ, i. condẽnatio multitudinis uniuersæ, multitu
 dinis innumeræ, cuius quãtãtatis cõparatione pauci sunt, q; supradictõ modo de Niniuẽ exi
 runt, uel exeũt, qui mundũ dãnãtũ, & extremõ iudicio dãnandũ reliquerunt, aut relinquant.
 Qualis est, qualis remanet, qualis inueniẽda & iudicãda ẽ ista Niniuẽ? Quasi piscina aquarũ,
 inqt. A quæ nomine, quanq; ppli solent intelligitũ qm̄ seqtur: & nõ est finis diuitiarũ, com
 modius hic intelligit affluẽtia rerũ. Culpa Niniuẽ, culpa mũdus, & Niniuẽ cupiditatis ar
 guit, dũ dicitur quasi piscina aquarũ, i. insatiabile receptaculũ diuitiarũ, ppter quas contẽptũ
 deũ. Aquæ (inqt) eius. Quid aquæ eius? Eclipsim, i. defectiõẽ dictionis fecisse uidet. Eclipsim
 nãq; dicũt gramãtici defectũ dictionis, in quo necessaria uerba desunt, ut cui pharetra de
 auro. Deest enĩ erat. Hæc in diuinis sermonibus nõ inusitata est, ut in Psalmo. Quia neq; ph
 oriẽte, neq; ab occidẽte, neq; à desertis mõtibus. Deest enim, patet locus effugij, & in Euã
 gelio: Si ergo uideritis filiũ hois ascendentẽ, ubi erat prius. Ita & hic, cũ dicit: aquæ eius, ne
 cessaria uerba desunt, quæ eiusmodi esse debeãt, colligit ex eo qd sequit. Ipsi uero fugerunt,
 p hoc nãq; dat intelligi, qd hoc dicere uelit, quia aquæ Niniuæ, i. diuitiæ impiorum, & gho
 ria siue uoluptates eorũ, omne qd in mũdo est cõcupiscẽtia carnis, & cõcupiscẽtia oculorum,
 cũcta quæ sub sole sunt hic remanẽt, & nõ eos morietes sequunt, iuxta illud: Qm̄ cũ intere
 rit diues hõ, nõ sumet omnia, neq; descẽdet cũ eo gloria eius. Hic (inquã) remanet, ipsi uero fu
 gerunt. Quid est fugerũt? Cito mortui sunt. Stulte (inqt deus) hac nocte repetunt animã tuã
 abs te: quæ aut p̄ẽ parasti cuius erunt. Elegãter breuitatẽ uitæ hois, sanctus scripuit. Ipsi
 fugã noiãre cõsueuit, ut illic: Qui uidelicet hõ quasi flos egredit, & cõterit, & fugiet uelut u
 bra. Itẽ

bra. Itē: Dies mei uelociore fuerūt cursore, fugerūt & nō uiderūt bonū. Multū ergo aqua
 Nimirū infideles sunt, quę nō sequuntur amatores suū. Ecōtra de aquis bonis quę nō piscinaz
 suę cisteriaz: sed fontū uiuētes aqua sunt. Nimirū cōstat, quia fideles sunt. Siquidem possesso
 rē suę amatores suū nō relinquūt morientē, sed cū eo uadūt & sequūtur eū ad excelsa, & ibi
 transeunt. Iste (inquit alius Propheta) in excelsis habitabit, munimēta saxoz sublimitas eius,
 panis ei datus est, aqua eius fideles sunt. ¶ Miro autē mō quia dixerat: ipse uero fugerūt. i. ue
 lociter nudi, & nihil secū portātes, de hac uita trāsierūt: miro (inquit) mō & cū hostili irrisio
 ne in clamat eis dicēs: State state, diripite aurz, diripite argentū. Quāta em̄ & q̄ hostilis irrisio est
 talē fugētibus, q̄s turbo mortis nimis iuitos abripit, iclamare: state state, & quāto acerbius ē
 dicere: diripite aurz, diripite argentū, q̄ dicere diripuitis aurz, diripuitis argentū. Licet hoc etiā
 satis acerbū sit dicere in tali fuga eoz. State state (inquit) statimq̄ subiūgit. Et nō est q̄ reuertat.
 Diripite ait aurz, diripite argentū, statimq̄ annectit. Et nō ē finis diuitiaz p̄ oibus uasis de fide
 rabilibus, q̄bus uerbis isatiabilis eoz: fuisse auaritia declamatur. Multū uehemēs & om̄e rhe
 torum seculariū grādiloquiū excedēs, est ista redargutio, qua sub noie Niniuę spūs sanctus
 sanctoz: paracletus in isto sui nominis Propheta redarguit mūdū de peccato, adhuc addēs:
 Dissipata & scissa & dilacerata, & cor tabescēs, & dissolutio genuū, & defectio in cū
 cū renibus, & facies oīm sicut nigredo ollę. ¶ Parū erat arguere de solo auaritię pctō,
 nisi & de uniuersitate maloz argueret, quoz utiq̄ auaritia radix est. Septē namq̄ dictōibus
 grādifonis, quo uidelicet numero uniuersitas designari solet, mala oia quę auaritiā cōsequū
 tur, & quoz ipsa radix est, uehemētē declamat. Primo dicit eā dissipatā, scdo scissam, tertio
 dilaceratā, q̄to cor tabescēs, q̄nto dissolutionē genuū, sexto defectiōē in cūctis renib⁹, septi
 mo facies oīm sicut nigredinē ollę. Dissipata em̄ est in cōstati actiōe, scissa tam scētarū q̄
 odiorū cōtrarietate, dilacerata rapinarū & cædiū mutuarū assiduitate, & cor tabescēs m̄ero
 re iudicē dissoluta hñs genua dissolutionē diffidētię, defectiōē i renib⁹ cūctis, ita ut illa sit uir
 tus cōtinentię. Quātū em̄ in supbia tumuit, tñ in libidine fluxit. Qd̄ ultimū posuit, & facies
 oīm sicut nigredo ollę, idē est ac si diceret: oēs diaboloz filies existere. Nā ad Hieremiā loquit
 dñs. Quid tu uides? Et dixit (inquit) Ollā succēsam ego uideo, & faciē eius a facie aquilonis. Et
 dixit dñs ad me. Ab aquilone p̄adet malū sup oēs habitatores terrę. Olla succēsā ab ipso
 incendio iugē retinet nigredinē, longe nimirūq̄ dissimilis auro uel argēto, qd̄ ex incendio ma
 iorem & magis lucidā reportat puritatē. Ita diabolus & tota ciuitas eius, totus hic mūdus in
 maligno posit⁹, de ipsis malis suis peior efficii, multū dissimilis ciuitate dei, quę tūc pulchrior
 apparet, q̄n excoquitur igne tribulatiōis instar auri uel argēti, qd̄ (ut iam dictū) pbatū pignē
 ampli⁹ enitescit. ¶ Quis dinumerare possit calamitates mūdi miseri, quas istis paucis, i. septē
 dictiōibus declamauit: Sunt historię libri legūtur diuini & seculares, mala hęc recētes,
 malozq̄ causas quatuor animi passiones, dolorē siue tristitiā, timorē, gaudiū, spem. Ex istis
 quatuor passionibus, ut ipsi quoq̄ seculares sentiunt, mala huius mundi oriunt, quas uideli
 cet passiones cōgruis hic descriptionibus insinuari, dum p̄missis malis dicendo: dissipata &
 scissa & dilacerata: subiungit quatuor hęc, & cor tabescēs, & dissolutio genuum, & defe
 sio in cūctis renibus, & facies omnium sicut nigredo ollę. Nam cor tabescēs, puid aliud
 est q̄ tristitia siue dolor aut inuidia? Porro dissolutio genuum, timor huius seculi est, & qui
 timor illū habet, sine dubio ad oē opus uirtutis genib⁹ dissolut⁹ ē. Gaudiū seculi maxime in
 renibus est: & pinde defectiōē in cūctis renibus uoluptates inexplebiles intelligimus. Spes
 mundi non mūdo, sed in dæmonibus fuit, & dæmonū thecis, i. simulachris, de q̄bus quia scri
 ptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, & oīs qui confidet in eis, recte & hic dictū intelli
 mus, & facies omnium sicut nigredo ollę, i. similes illi sunt in quo sperāt, in quo confidūt dia
 bolo denigrato, & tenebrarum principi. Quis illas legens historias, imō tragedias truces &
 sanguineas non exhorrescat, atq̄ admiretur, quomodo mundus subsistat? ¶ A huc malum
 quoddā est huius mūdi, quod nondū dixit: malum peius oibus malis, malū qd̄ reū hūc mun
 dū conuincit, & excusationē tollit de oibus malis. Qd̄ est illud malū? Nimirū quā uenientē ad
 se saluatorem filium dei non recipit. Malum istud enunciaturus spūs sanctus, miro modo
 uocem suam mutat: quia malum istud cæteris malis dissimile est, & idcirco uoce mutata, tan
 quā iudiciali a ctione, cū iudiciaria maiestate exclamādo punctatur, punctādo exclamat.

Ibidem 9.
Aqua bona
& fideles

Esa. 33

Hostile irrisio

Mala quę
auaritiā se
quuntur,

Hiere. 1
Olla succēsā

Quatuor ani
mi passiones,
omnium ma
lorum causa.

Psal. 115

mundi p̄ctm.
Inexcusabile

Ubi est habitaculum leonum & pascua catulorum leonum. Ad quam iuit leo, ut ingredere retur illuc catulus leonis, & non est qui exterreat. Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leonem suis, & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. Iuxta literam de Ninive dicitur, quod habitaculum regum fuerit, & aula nobilium, ad quam perrexit leo rex Babylonis. i. Nabuchodonosor, & catulus leonis subreguli quique eius, & non fuit qui eis resisteret. Secundum anagogam de leone, quod ad istum mundum uenit, quod sentimus scrupulose dicimus, quod uidelicet cum leone hunc diabolum nostri maiores intellexerunt, nos illum leonem, nos illum catulum leonis intelligi oportet de quo Patriarcha Iacob. Catulus (inquit) leonis Iuda, ad prædam filii ascendi disti. Requiescens accubui in leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum? Nam iste solus reuera ille leo est, quem non est qui exterreat, & iste impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina, quod prædam (inquit) filii ascendi disti, & ipse de semetipso. Ego (inquit) si exaltatus fuero à terra, omnia terram habui ad meipsum. Igitur quoniam hæc enus sub nomine Ninive arguatur mundus de peccato dicitur, & Ninive uel quasi piscina aquarum, & est pulchrum nobis est intelligere, quod mox arguatur de iustitia dicitur ad quam iuit leo, ut ingredere retur illuc, ubi subaudiendum est & à Ninive. i. ab mundo non est susceptus. Nam in hoc est iustitia dei, quod iuxta ueritatem suam, promissionis quæ ad patres facta est, Christus in hunc mundum uenit, qui factus uerax deus iustificatus est in sermonibus suis, & de hac iustitia mundus arguitur, quod eam non suscepit. Nam per ordinem dicta sequamur. Ubi est (inquit) habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum. Cum multa sint uel fuerint habitacula Ninive, i. multarum ciuitates huius mundi, quæ & leonum & catulorum leonum, & ursorum, & pardorum, omnium ferarum, seu bestiarum, habitacula siue pascua meruerint dici, unum tamen nominatum, libenter hic (inquit) intelligimus habitaculum leonum, & unam pascuam catulorum leonum, ita ut & ipsum habitaculum certum sit nominatum, & ipsi leones siue catuli leonum quid egerint, & quod quæ fuerint, non sit incognitum, Arbitramur namque quod ipsa fuerit Hierusalem. eandem ob causam recte dicta uel dicenda Ninive, ob quam dicitur Sodoma & Aegyptus, sicut in Apocalypsi habemus. Et corpora (inquit) eorum ponent in platea ciuitatis magnæ: quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus eorum crucifixus est. Eandem (inquit) ob causam uocatur Ninive: & enim ipsa erat mundus, quod crucifixus domino est gauisus, quemadmodum dixit discipulis suis: quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Quoniam iuit ad eam leo siue catulus leonis, ut ingredere retur illuc: Nimirum quoniam descendit de cælis & de gente illa incarnatum est uerbum dei, utique leo & catulus leonis, i. deus fortissimus, & filius dei fortissimi, ut ingredere retur illuc: quod uidelicet ipsa noluit, unde & ille dicit ei: Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluit. Leonis eius idem siue catuli leonis, quod uere sit uel fuerit fortitudo magna, breuiter predicatur, cum dicitur, & non est qui exterreat. Solus enim iste dicere potuit. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quoniam iste leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leonem suis: Quoniam impleuit præda speluncas suas & cubile suum rapina. Ad prædam (inquit) filii ascendi disti. i. exaltatus es in cruce, infernum confregisti & expoliasti, atque atrium illius (inquit) fortis armati, tu fortior inuadens uniuersa arma eius, in quibus confidebat, diripuisti, & spolia distribuisti. Cæpit igitur leo sufficienter catulis suis, i. idem Christus apostolis uel predicato ribus suis, quibus ipse moriendo, & spiritum sanctum tribuendo uirtutem dedit, & unam fecit, quatenus per mundum uniuersum ministerium explerent eiusdem deiectionis sue, siue expoliationis. Cæpit (inquit) sufficienter: quia nullus eorum defuit, aut deerit, quod secundum propositum uocati sunt sancti, nullus omnino deerit, quoniam eosdem, quos presciuit & predestinauit conformes fieri sibi, uocet, iustificet atque magnificet. Quoniam autem & necauit leonem suis, uel quibus leonem suis? Nimirum una leona, & multæ eius leonæ, una est eius ecclesia, & multæ quæ per orbem sunt particule ecclesiarum, quibus quædam incorporatur, eo modo necatur, quem significans spiritus Petro dicebat. Surge Petre, occide & madauca. Hæc est præda quæ speluncas suas impleuit, & hæc rapina quæ cubile suum impleuit: præda (inquit) suas, i. mansiones quæ in domo patris eius multæ sunt: & cubile suum, i. paradysum deliciarum. Illic prædam suam deposuit, illic rapinam suam collocauit, prædam utique iustam, & rapinam autem in iudicio raptam, quia non aliena prædatus est aut diripuit: sed sua iuste adempta, recte sibi restituit. Quis satis ut dignum est, ut sese res habet acrimoniam punctationis huiusce perleuere cepit, propter causam huiusmodi proclamans. Ubi est (inquit) habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum eius? Qua intentione hic dictum putamus, ubi est? Duobus autem modis dicitur, ubi est? Alias quæ

Leo, Christus.
Gene. 49

Iohan. 12

Habitacula
leonum

Quomodo Hierusalem dicitur
Ninive.
Apoca. 11.
Iohan. 16

Matth. 23

Iohan. 12

Luc. 11

Rom. 8

Acto. 10

Questio, Ubi
est, dupliciter
fit

Alias quæ

IN NAVM PROPHE. CAP. II. Fo. CLXV.

Alias quidem dum quis requiritur ut arguat, uel ut cum Adam requireret dñs ait: ubi es, alias autē cū idcirco requirit, ut iam nō esse ostendat, quē ad modū in Iob dicit: Si ascenderit usq; in cœlū: supbia eius uidelicet impij, & caput eius nubes tetigerit, qñ sterquiliniū in fine pdes, & gēu uiderāt dicēt: Vbi ē? Vel ut somniū auolās nō iueniēt, Vtrolibet horū mō hic dicat, nūc ubi est habitaculū leonū? Multū ad causam, quā prēmīsimus attinet. ¶ Veruntñ qñ iam diximus Naum interpretari cōsolatorē & paracletū spūm sanctū in hoc stare, ut arguat mundū de peccato & de iustitia & de iudicio, & delectat magis hoc sentire, quod dicendo: ubi est, idcirco requirat illud habitaculū leonū, & illa pascua catulorū leonū, p eo qd leonē iam dicitū uenientē, ut ingrederet illuc, leonē de tribu iuda Chm, cū uiderēt eū quasi agnū, māsusceperūt, tanq leones & catuli leonū: Susceperūt me (ait) sicut leo paratus ad pda, & sicut catulus leonis habitās in abditis. Leones illi Pōstices, & catuli leonū pharisæi fuerunt. Habitaculū leonū ciuitas Hierlm, pascua leonū tēplum opulentū. Ibi nāq; pda de pplo faciebant, & ob eandē causam ita pascua catulorū leonū: sicut recte dicta est, & erat illa dom⁹ spe lunca latronū, & reuera ubi arguit mūdus, recte ipsa redargutio ab illa tali leonū habitaculo incipit: ga ueniēs ad hunc mundū leo, de q̄ iā diximus: leo de tribu iuda Chm, suā illi habitaculo p̄sentā corpalem exhibuit, ut primū ingrederet illuc: & deinde in oēs gentes p̄centētia & remissio peccatorū p̄dicaret in noie eius. Fatui leones & stulti catuli leonū, qui p̄positū illius auertere putauerūt occidēdo illū, nā ille moriēdo cepit sufficienter catulis suis: unde iā dicitū est & de ipso q; habitaculo leonum tā sufficienter cepit, ut nullus deesset de omnibus q̄s habere uoluit. Etenim crediderunt (inqt Lucas q̄t q̄t p̄ordinati erāt ad uitā aeternā. Igit primo ut iā dicitū est) arguēdū erat illud habitaculū leonū, & ita ut p̄ditōis mundi siue iudicij, q̄ mundus iudicādus est per ignē, fieret exēplum. Hoc est qd cōfestim requisito, & quasi astate reo illo leonū habitaculo, talē edicit sniam. **E**cce ego ad te dicit dñs exercitūū & succendā usq; ad fumum quadrigas tuas & catulos tuos comedet gladius. **E**xterminabo de terra p̄dam tuam, & non audietur ultra uox nunciorū tuorū. ¶ Sentētia hęc iam dum sup illud habitaculum uenit, & uētum eius totus orbis audiuit. **E**cce (inquit) ad te dicit dñs exercitūū. **Q**uis ille dñs exercitūū, hęc dicit, nisi ille leo, qui ut iam dicitū est) iuit ad eā, cui hęc dicit: Nam ipse est dñs exercituum, & cōpenter nunc seipm nominauit dñm exercituum, dum dicit: ecce ego ad te, subaudi uenio cum exercitu Romanorū. Mei nāq; sunt nō solum exercitus angelorū, uerētā exercitus hoim, exercitus cunctarū gētium, mihicq; militant, etiā dum nesciunt, meāq; uoluntatē faciunt, dum gens in gentē, & regnum consergit aduersus regnū, mirorq; modo iustis iudicij meis, non iusta, sed ualde iniusta intentōe sua feruiunt. **E**cce ego (inquā) ad te, non iam ut agnus, sicut prius in multitudine misericor dia, sed tanq leo cum exercitibus suis, cū exercitibus Romanis, in ira & iusto furore. Talis ecce ego ueniā ad te, & succendā usq; ad fumū quadrigas tuas, & catulos tuos comedet gladius. Hoc ego faciā per manus exercituum meorū, per manus Romanorū. Quadrigas tuas, i. supbiam tuam, ciuitates tuas, & omnia supbia tuā instrumēta, ipm; templum, elatōis tuā, currum p̄cipuum succendā usq; ad fumum, i. nō ita ut extinguat, & remaneat semiustum, ut fieri sollet, qñ concurrenribus auxilijs, ante q̄ cuncta deuoret, extinguitur incendium: sed ita ut omnibus consumptis, & materia deficiente morientis ignis, reliquiae cōuertant in fauillā, & fumū uidelicet scdm Sodomorū exemplum de quibus ita scriptum est, Abrahā autē consurgens mane, ubi steterat prius cū dño, intuitus est Sodomā & Gomorrā, & uniuersam terrā regio nis illius, uiditq; ascendentē fauillam de terra, quasi fornacis fumum. Sicut nullus fuit, q̄ extingueret Sodomā, uel p̄pter quē deberet deus parcere illi regioni, egresso Loth cum suis, ita nullus erit, qui me succedente extinguat te, ad quā iui, & à qua recessi, & usq; ad fauillā & fumum ardebis, & tunc catulos tuos, i. filios tuos, q̄ in te sunt, comedet gladius, i. cadent in ore gladij, & qui supfuerint, captiui ducent in omnes gentes **E**xterminabo de terra p̄dam tuam. Quā p̄dam tuā, nisi domū tuam, domū quondā meā, quā cum deberet uocari uel esse domus orōnis, tu speluncam latronū fecisti. Illam talem p̄dam tuā ita exterminabo, ut nō sit, ut non remaneat lapis super lapidem, qui non destruat. ¶ **E**t non audiet (ait) ultra uox nunciorū tuorū. Nuncios, q̄s grāce dicimus angelos, sacerdotes intelligimus, iuxta illud in Malachia: Labia sacerdotis custodiūt sciam, & legē requirūt ex ore eius, ga angelus domini

Gene. 3.
Iob. 20
Hierusalem,
habitaculum
leonum
Iohā. 16.
Psal. 16.
Actu. 14.
Dominus ex
exercitū Chri
stus.
Vsq; ad fum
mum.
Gene. 19.
Nuncij, sacer
dotes, qui &
Angeli.
Mala. 2.

COMMENTA' RVPER' ABBA' LIB. III.

exercituum est. Eiusmodi nuncios siue angelos quondam uox audiebatur: quia uidelicet sacerdotes hostias immolantes pro populo orabant & exaudiebantur: sed ultra (inquit) uox eorum non exaudietur, & neque preces, neque sacrificia de manibus eorum suscipient. Hinc est quod in Esai. 7. Et cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos a uobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim uestrae plenae sunt sanguine. Proinde cum dicitur: uox nuncios tuorum, pariter intelligendum est, & non iam meorum. Olim quippe sacerdotes illi templi, sicut & prophetae, dicebant & erant nuncios domini. De sacerdotibus iam ante dictum est exemplum: labia sacerdotis & caetera. Porro de Prophetis illud exemplum siue testimonium est. Et dixit Aggeus nunciuus domini de nunciis domini & caetera. Olim (inquam) erat, ut dicerent illi: us templi sacerdotes siue prophetae, angeli siue nuncios domini: sed ex quo ciuitas uel gens uel la Christum negauit ante faciem Pilati, iam non sunt nuncios domini, & idcirco uox nuncios tuorum signanter tuorum dixit, & non iam meorum debet subintelligi.

LIBRI SECUNDI FINIS.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN NAVM PROPHE TAM
COMMENTARIORVM LIBER TERTIVS.

Rom. 1.



Vangelio Christi, in quo reuelat (ait Apstus) ira dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, eorum qui ueritatem in iniustitia detinent, quorum in hoc propheta sub nomine Niniae intelligimus uniuersitatem, magnam & euidentem ueritatis testimonium, id quod sicut in ante dictis ostendimus, manifestum eiusdem irae: primi Iudaei subierunt iudicium. Verax Christus, & ueridicus Christi Apstus, in quo

Ibidem. 2

Iudaei prius
a Graeci

Christus iam dudum loquebatur. His (inquit) qui ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, cre dunt aut iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem aeternam horum operantis malum, statimque subiugens Iudaei primum & Graeci. Sicut praedixerat, sicut praescripserat Iudaei primum, ita factum est: quia cum Iudaeus & Graecus, siue Iudaeus et gentilis malum operantis ipse sit malum datus & dandus, primus iam dandus parte subiit Iudaeus, ita ut dubium iam non sit, uel esse debeat, quoniam subiturus sit & Graecus, quando pariter in fine seculi ambo iudicabunt. Plurimum hoc ualere arbitramur ad elucidationem prophetiae huius, ut in caeteris quoque, quae deinceps sequuntur, sine dubio praedicatione irae & indignatione, tribulatione & angustia, in omnem aeternam horum operantis malum, semper illud memoriter teneamus, Iudaei primum & Graeci. Sequitur. **Ue ciuitas sanguinum, uniuersa mendacii dilaceratione plena, non recedet a te rapina.**

Ciuitas san
guinum He
rusalem.

O ciuitas sanguinum, ciuitas diaboli, contraria ciuitati dei. O omnis anima horum operantis malum, Iudaei primum & Graeci. Vae tibi, propter hoc ipsum, quod es ciuitas sanguinum, quia uidelicet sanguinem effudisti, & in sanguinibus aedificata es. Tu primum o omnis anima Iudaei malum operantis ciuitas sanguinum es, plus quam omnis anima Graeci, ex quo Christum occidendo, patrum tuorum, quae Prophetas & iustos occiderunt, mensuram impleuisti, ut ueniret super te omnis sanguis iustus, qui effusus est a sanguine Abel iusti. Vae tibi, quia tu es ciuitas sanguinum, ut iam dictum est non tantummodo, quo anima Graeci siue Gentilis, sed abundantiore: quia Graecus siue Gentilis, qui martyrum sanguinem fudit, legem non habuit, promissiones ignorauit. Tu legem habens, promissiones audies, & prophetas & ipsum dominum prophetarum occidisti. Et uniuersa quidem ciuitas mendacii dilaceratione plena: sed tu anima Iudaei abundantius, quam anima Graeci, quae

Matth. 23

Graeci quidem anima in pluribus ueritate dei in iniustitia detinuit, siue in mendacii commutatione, & cum cognouisset deum, non sicut deum glorificauit, aut gratias egit. Tu autem ipsam ueritatem de carne tua ortam, & uidisti, & odisti, & mendacius circumdedisti, & mendacii occasione ad mortem tradidisti. Non dico ciuitas mendacio plena, sed dico, quod plus est, mendacii dilaceratione plena, quia neque omnis Graecus uno modo mentitur: si ipsum mendacium in plures apud eum sectas dividit, & dilacerat, neque omnis Iudaeus uno modo de sanctis scripturis mentitur, sed nunc aliud, & nunc aliud constringit, ut effugiat, quoties illum quisquam ueritatis, quae Christus est, miles strenuus inuenit.

Rom. 1.

Mendacii
dilaceratione
plena

de carne tua ortam, & uidisti, & odisti, & mendacius circumdedisti, & mendacii occasione ad mortem tradidisti. Non dico ciuitas mendacio plena, sed dico, quod plus est, mendacii dilaceratione plena, quia neque omnis Graecus uno modo mentitur: si ipsum mendacium in plures apud eum sectas dividit, & dilacerat, neque omnis Iudaeus uno modo de sanctis scripturis mentitur, sed nunc aliud, & nunc aliud constringit, ut effugiat, quoties illum quisquam ueritatis, quae Christus est, miles strenuus inuenit.